

HIERONYMI

TRAGI DE STIRPIVM, MAXIME
EARVM, QVAE IN GERMANIA NOSTRA NASCVNTVR,
usitatis nomenclaturis, proprijsq; differentijs, necq; non
temperaturis ac facultatibus, Commentariorum

Libri tres, Germanica primum lingua conscripti, nunc in Latinam conuersi, Interpretate DAVIDE KYBERO
Argentinensi.

HIS ACCESSERUNT A FRONTE PRAEFATIONES DVAE:
altera D. CONRADI GESNERI Tigurini, Medici clarissimi, rei herbariae scrip-
torum, qui in hunc usq; diem scripterunt, catalogum complectens: altera ipsius Au-
thoris, herbariae cognitionis laudes, & alia nonnulla scitu tum necessaria, tum iucun-
dissima, continens.

PRAETEREA, COROLLARII VICE ADCALCEM OPERIS,
adiecius est Benedicti Textoris Segusiani de Stirpium differentijs, ex Dioscoride secun-
dum locos communes, Libellus, omnibus plantariæ cognitionis studiosis utilissimus.

AD HAEC INDICES SEX: QVIBVS NON TANTVM
Nomenclature Grece, Latinæ, Germanice, Arabicæ, Hebreæ
icæq; sed & morborum curationes optimo ordine
indicantur, subiunxiimus.

Cautum est Privilgio Caroli V Imperatoris, ne quis intræ
septennium Typographus à se impressum ædat: aut
aliunde empta uendat.

EXTRINSECVS.

Ficorum decoctum arteriæ & tonsillarum inflammationibus gargarissatu prodest.

Fici cum Fœno græco, & hordeacea farina cataplasmatis miscentur, & in muliebres præcipue fôtu.

Fici cum fermento tritæ, admixto sale, pestæ aliaq; ulcera emolliunt, ac intra paucos dies abscessus rumpunt. Hoc medicamento regem Ezechiam usum fuisse opinor, iiiij. Reg. cap. xx.

Fici cum atramento sutorio deploratis fere tibiarum fluxionibus, & coëthicis ulceribus medentur.

Quin & cum uino decoctæ addito Absinthio, & hordeacea farina, utilissimæ hydropicis illinuntur.

Fici sonitus aurium sanare dicuntur, si crudæ terantur, & sinapi liquoreq; aliquo exceptæ auribus instillentur.

Tam sylvestris quam satiæ Fici lacteus succus, coaguli modo lac contrahit, concretumq; soluit ut acetum.

Hic internis corporis partibus minime conuenit, nam corpora exulcerat, & meatus nimium aperit. Foris uero illitus lepras, lichenas, uitiliges, uitia cutis in facie, psorias, ulcera in capite manantia cum polenta expurgat.

Scribit Ioannes Ruellius lib. de nat. stirpium iiij. cap. lxxxv. Taurum quantumcumque ferocem adalligatum Fico domari.

De Palma. Cap. XLVII.

VANQVAM PALMA APVD NOS GERMANOS MINIME proueniat, tamen dactyli seu palmulae que durum intus ac quasi lapidosum nucleum continent, ad nos deferuntur, hic enim eius arboris fructus est. Ego palmæ nucleos olim terræ commisi, e' qua folijs angustis, digitalis longitudinis, Gladioli exiguis folijs similimis erumpentes. Nec deinceps alios progressus faciebant, sed ut angusta, & exigua, ostenderant folia, ita nihil postea augeri uidet.

Palma Ægypto, Syriae, Palestine, & Hierichunti admodum familiaris est, in ijs enim locis dactyliis pascuntur porci, sicut apud nos glandibus & fagi fructibus saginantur. Veteres quinquaginta fere palmæ genera numerant, nullum tamen ex his apud nos reperitur. De Palma uide Pliniū lib. xiij. cap. iiij.

NOMEN.

Palma.
Dactelbaum.



NOMENCLATVRAE.

הַמְרִיר
Thamar, תָּמָר Thamer,
& תִּמְוֹרָה Thimorah dici-
tur, uide Cantorum viij.
Ioel. i. Iudicum iiij. Ezechie-
lis xli. Græcis uero φόινιξ La-
tinis Palma, Germanis
Dactelbaum nuncupatur:
Fructus eius Latinis palmu-
la. Serapioni cap. Ixix. Ro-
rab & Hayron, Germanis
Dacteln appellatur. Imma-
tura palmula Græce παΐα,
Matura uero φοινικάλανες,
Galenio uero φοινικάλος nomi-
natur.

VIRES AC TEMPE-
ramentum.

Palmula humida est pri-
mo, & calida secundo gra-
du teste Simeone Sethi. Nos
eiusmodi fructus diuitibus
relinquemus, qui in maxi-
me rebus delectantur, que
magni ugneunt. Aduersa sa-
ne ualetudo meo iudicio pre-
tio non est redimenda, cum
per se etiam non optata mor-
tales affligere soleat.

INTRINSECVS.

Dioscorides libro primo cap. cxxix. sicciores phœnicobalanos sanguinē
excreantibus, stomachicis & dysentericis utiles esse testatur.

Frequens eorum usus minime tutus existit, siquidem continuo esitati-
ventre.

Galen. lib. 2. de uentrem inflant, concoctu difficiles sunt, capiti obsunt & stomacho, hepar & lien obstruunt, ac quemadmodum Simeon Sethi testatum reliquit, diu- alimentis, turnas ac frigidas febres adferunt.

Flectuarium Diaphoeniconis appellatum semunciq; pondere sumptum, pituitam & bilem ducit, teste Mesua. Atque hoc siquidem palmulis seu da- stylis uti uoluerimus, præstantissimum & tutissimum est meo iudicio.

E X T R I N S E C V S.

Ruellius de Nat.

stirp. li. 1. ca. 108^a

Plinius lib. 16.

cap. 42.

Palma, ut Aristoteles & Theophrastus tradiderunt, non cedit oneri quamlibet ingenti, nec intra flectitur pandatur, sed contra pondus resur- git. Quapropter ut inquit Plutarchus, in certaminibus signum est uicto- ria, quando huiusmodi ligni ingenium est, ut prementibus urgentibusq; non cedat, sed conta pondus renitens fornicetur, Hinc uictoria Græcis in quasi μετανοια, id est, non cedens dicitur. Ideo, ut inquit Pausanias, certamini bus coronarijs non aliud fere premium dabatur quam Palma, quod Iasios primus in equo sessor, & dextra manu termitem gerens Palmæ, Olympiæ uicisset. Quamuis Græcia quatuor tantum, Oleastro, Pinu, Lauro, & Apio coronare uictores maluerit: Olympiæ oleastro, Delphis Lauro, in Isthmo Pinu, Nemeæ Apio: reliqui omnes fere certatores corona e' Palmis contex- ta donabantur: sed dextris gestata, uictoriæ erat indicium. Hinc ut idem re- fert ductū, quod e' Creta reuectus Thæseus, cum in Delo cum Apolline cer- tamen inīsset, palmam deportauit, inde tracta primum origine, ut in certa- minibus uictores palma coronarentur &c. Hæc Ruellius.

Nuclei Palmarum, cæterorum more, cremati in crudo fictili, & uino re- stincti, cinere loto, spodi juicem efficiunt, miscenturq; in callibephara, qd si non iustam ustionem acceperint, denuo cremandi. Hæc Dioscorides.

Ego crediderim nucleos palmarum in fictili crudo calcariq; fornaci im- positos commodius posse cremari.

De Passulis. Cap. XLIX.

T P A S S U L A E Q V I B V S H O D I E P R I N C I P V M A C
V magnorum dominorum culinis nihil frequentius, gignantur, mihi non constat, nisi quod coniçere facile possum, calida illas opus habere terra. Galenus lib. ij. de aliment. facult. minimas nempe eas que acinis carent, in Cilicia prouenire scribit. Hæc partim fulig, partim subnigræ apparent. Dulces palato gratiiores sunt, reliquæ ad uino- sum